

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema XCIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

Deus non aduerferur, sed proxime ad sit contritis, Esa. 57. v. 15.

2. Et quod nunquam sit concessurus in æternum, ut una pereat anima hominis pii atque poenitentis. Vere enim amator animarum est, Sap. 11. v. 24. atq; iuramento confirmat, se nolle ut pereat vnus, Ezech. 18. v. 23. & 3. v. 11. Huc etiam pertinent ea, 1. Tim. 1. v. 15. & 1. Tim. 2. v. 4. 2. Pet. 3. v. 9. & Matt. 18. v. 14. Parabolæ, Luc. 15. v. 4. & 8. & 11.

3. Animæ autem saluandæ conuenientius remedium non potest adhiberi, quam si peccata remittantur. Beatus talis, Psal. 32. v. 1. & 2. Itaque peccati remissione nulli poenitenti dubitandum: ex his fundamentis, Esa. 43. vers. 25. Psal. 103. v. 12. & 145. v. 8. & 108. v. 4. Esa. 44. v. 22. & 53. Jerem. 3. v. 12. & 31. v. 34. Thren. 3. v. 22. Mich. 7. v. 19. Matth. 18. v. 11. Rom. 4. in fine & 5. v. 21. Rom. 8. v. 1. & 11. v. 32. 2. Corin. 5. v. 21. 1. Joan. 1. v. 8. & v. 9. & 2. v. 2. & 3. v. 5. 1. Tim. 1. v. 15. Et infinita alia. Sic dicere possumus illud, Psal. 73. v. 26. *Et beatus qui fide hæc amplectitur.*

F I N I S.

T H E M A X C I I I.

Esa. 40. vers. 6.

*Omnis caro fœnum, &c. qua sequuntur vsque ad vers. 9.*

N O T A N D Y M.

Hic locus Esaïæ, quem *Petrus* repetiit. 1. Pet. 1. v. 24. integer tractatus est supra, peculiari dispositione, in I. parte Promptuarii Exequialis, in Appendice illa proluxa Classis VI sub Num. Thematis XXVII. & XXVIII. Vide ibi Pag. 518.

I. Pars.

Porto eadem similitudo de fœno & gramina siue floribus, tractata est in eadem Appendice Classis VI. non semel, sed aliquoties.

De

De gramine ex Psal. 90. v. 5. Vide Thema Appendicis prædictæ XXI. Pag. promptuarii 506.

Rufus de gramine ex Psal. 103. v. 15. & 16. vide ibidem in Appendice Thema XXV. & XXVI. Pagina Promptuarii 515.

De floribus ibidem ex eodem loco Psalmi sub eodem Numero Thematis, Pag. Promptuarii 517.

## II. Pars.

De æternitate autem & duratione verbi diuini vide non tantum loco allegato. Pag. Promptuarii 520. sed etiam in hac II. parte promptuarii. Centuria II. ex Nouo Testamento Numero Thematis XIII. ex verbis Luc. 21. v. 33. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

Ista omnia cum tædio lectoris hic nolui repetere.

## THEMA XCIV.

Esa. 43. v. 24.

*Seruire me fecisti in peccatis tuis, &c. Ego ipse deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.*

## DISPOSITIO.

Hæc sunt verba non Esaiæ, sed ipsius Domini & redemptoris nostri Iesu Christi. In quibus breuiter non tantum tora historia atque causa etiam efficiens (Was da solches alles verurfsachet) Dominicæ illius passionis, sed & causa finalis eiusdem (siue fructus & effectus) accurate designatur. Quia vero illa omnia propter nos facta leguntur in 1. Petr. 2. v. 21. operæ erit pretium hanc rem diligentius considerare. De his igitur iam prædictis duabus partibus siue huius loci membris, iam dicemus: scilicet, 1. de passione Christi, atque illius causa: & 2. de illius fructu atque effectû.

I. Pars